

Mauzacensi, ubi agitur de Lanfredo abbate' erwähnt wird, mag auf Savaron zurückgehen, dessen Buch mir zur Zeit nicht zugänglich ist. Nach ihm war die Schrift verschollen. Selbst Mabillon hat sie nicht gekannt. Ich fand sie in der Hs. von Clermont 147, in welcher sie von einer Hand des 12. Jahrh. auf einem freien Blatte nachgetragen ist. Der P. van Hooff hat diesen Codex für seine neue Ausgabe der Gesta Austremonii benutzt, doch das Ineditum hat er nicht bemerkt.

'[Mihi¹ Lamfredo] peccatori visio apparuit quadam nocte, angelo sancto me ducente ante presentiam dompni Pipi[ni, apud Aure]lianis palacium in stratu suo dormienti, eratque ista visio, quasi si presens adessem corpore. Nam [antequam haec visio] mihi manifestaretur, visus² est mihi cervus in monasterio meo ingredi, candidus ut nix, nocte, qua nativitat^{is} Christi domini vigilie per universum orbem celebrantur, et in cemiterio, quod iuxta templum sacrum dompni Petri apostoli et³ sancti Caprasii erat, a parte aquilonari quandam divisionem suo cornu ac pedibus ostentari in modum ecclesie fabricande. Et sicut in nive vestigium cornu et pedum eiusdem cervi apparuit, ita et sub nive simili modo in terra apparuit. Et ego cum post septem dierum spatium hec revolverem in corde meo, iacente me in lecto meo, subito visus sum adesse ante conspectum regis incliti dompni Pipini et ista referre. Et ad hec ipse mihi ista referre videbatur⁴: 'Dum et ego in basilica sancte Crucis ipsa eadem nocte ad presens vigiliis adsiderem, sompnus arripuit me, et nescio quomodo a sene quodam, splendidissimo habitu contexto, ductus sum in spiritu ad eundem monasterium et vestigia nescio que ostentantem⁵ domum cuiusdam. Et cum considerarem apud me, que hec esset visio aut cuius ista domus, respondit senex ille cogitatu^{is} meo: "Vestigia hec que conspicias a sancto angelo assignata esse scias. Nam hic basilica est a te edificanda, sciasque hunc locum tibi commissum a Deo renovandum ac in proprio honore, ut olim iam fuerat, reparandum". Cumque ista aure et oculis incorporeis cernerem, expegefactus oracioni ante altare sancte Crucis incubui, deprecans Redemptorem omnium, ut, sicut in nativitate sua⁶ michi famulo ostendere dignatus est istam visionem, sic ad perfectum sue gratie augeat'. Hec et alia multa cum a rege

1) quae uncinis inclusi perierunt; supplevit ea m. s. XVII. in mg. c.

2) 'ausus' c.

3) 'est' c.

4) postea suppl. c.

5) 'ostentatem' c.

6) 's. m.' pr. m. suppl. c.